

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

P ante I

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

Phyges] Qui nos pingunt, vel qui vestes auto intexunt. Phryges enim primi invenerunt talem texturam. *Phrysi*. Plin. lib. 4. cap. 48: Pictas vestes jam apud Homerum fuisse video, unde nate triumphales. Acu facere Idæi Phryges invenerunt, ideoque Phrygiones appellati sunt.

Phrygia, a. um, adject. *Phrygiæ*. Quicquid è Phrygia est. Cicerone pro Rosc. Amerin. Quis sibi non est vulneratus ferro Phrygiæ? *Phrygius lapis*, a. d. *Phrygiæ*. Gleba est pumicosa, teste Plin. lib. 36. cap. 19, tingendis vestibus utilis. Phrygius lapis (*inquit*) gentis nomen habet. Est autem gleba pumicosa. Vtitur ante vino perfusus, statimq; foliibus donec rufescat: ac rursum dulci vino restinguitur: & hoc ritibus vicibus, tingendis vestibus tantum utilis. Phrygia vestis picta acu, cuius artifices Phrygiones appellantur. Hujus vestis meminit Virgil. lib. 9. Aen. Vobis picta croco, & fulgenti munece vestis: Item eod. O. verè Phrygiæ, neq; enim Phryges. Nonius Phrygia vestes barbarice dicit: Vide BARBARICVS.

Phrygiæ, a. um, Quod Phrygionum opera confectum est, ut Phrygianæ vestes: hoc est, acu pictæ. Plin. lib. 8. cap. 43: To gas raris, Phrygianarq; D. Augusti novissimis temporibus cepisse, scribit Fenerella.

Phryne, *Phryne*. Nobilis Athenis meretrix fuit: quæ quum impietatis accusaretur, & summopere jam periclitaretur, diducata manu tunica, nudatq; iudicibus candidissimo pectore, omni periculo est liberata. Autor Anstot. Rhetor. lib. 1. Quis. lib. 2. cap. 15.

Phrynichus, *Phrynichus*. Atheniensis tragicus, Thespiadis discipulus, qui primus personam femine protulit in scenam, & tetrametrum reperit. Filium habuit Polyphradmonem poetam, & ipsum tragicum. Docuit tragedias novem. *Aliter* item Atheniensis comicus inter secundos antiquæ comæ dixi, qui docuit fabulam unam. *Tertius* ejusdem nominis Bithynicus Sophista, qui scripsit de Atticis dictionibus. Autor Suidas.

Phrynus, *Phrynus*. Citharædus nobilis fuit, patria Mitylenæus, discipulus Aristoclidis, qui genus suum ad Terpantrum referebat. Hic primus Athenis visus est citharædus, Callia summum magistratum gerente. Vide plura de hoc apud Suidam.

Phryxus, *Phryxus*. Athamantis ex Nephelæ filius, qui quò non vercales insidias ferre non posset, unâ cum Helle sorore profugit, acceptoq; a patre arietis cui vellus erat aureum, coque confenso, quum in Asiam trajicere vellent, Helle puellæ timore exterrita, decidit in mare, quod ex ejus nomine Helle-spontus appellatur: Phryxus, verò incolumis in Colchidem pervenit ad regem Aetæa, ubi arietem Iovi: vel, ut alii placent. Marti immolavit, vellusq; illud aureum in templo suspendit, quod postea Iason Medææ ope adjunctus, abstulit. Arietis verò inter sidera locatus, primitiam effigiem tenuit, qui à Phryxeo Phryxæus appellatur, media lōga. Ovid. lib. 7. Metam. Dumq; ad eum regem, Phryxæaq; velletra poscant.

Phthia, *Phthia*. Civitas Thessaliæ, Achillis patria.

Phthia, *Phthia*, & Phthiora, *Phthiora*. Qui Phthiam incolit. Ovid. in Epist. Briseid. Quam sine me Phthius canescant aquora remis, Et videam puppes ire relicta tuas.

Phthiotis, *Phthiotis*, sive Phthiotia, *Phthiotia*. Una ex quatuor Thessaliæ partibus, in Austum vergens. Strabo libro 9. Ceterum Phthiotia tractum continet australem ad Oceanum, à sinu Maliaco & Pelasgico usq; ad Dolopiam oramque Pindic protensum. In latitudinem verò porrectum usq; ad Pharsalum, planaq; Thessaliæ.

Phthiops, *Phthiops*. Germ. *Phthiops*. *Phthiops*. Dicitur sint populi, à tenuitate vultus, quasi pediculis vescatur. Hi sunt juxta Pontum Euxinû. Plin. lib. 6. cap. 4. Strabo lib. 10. & 11.

Phthuris, *Phthuris*. Aethiopiæ oppidum, unum ex iis quæ C. Petronius, quum ab Augusto Aegypto præfectus esset, expugnavit. Autor Plin. lib. 6. cap. 29.

Phurnita, *Phurnita*. Vrbis Libyæ: cives Phurnitani. Steph.

Phurnithis, *Phurnithis*. Populi Mauritaniæ, quorum originem refert Iosephus ad Phun. filium Cham, sibi Noè.

Phycus, *Phycus*. Libyæ Cyrenæicæ promontoriû, quam longissimè in mare excurrentes, ex adverso Tænarî Laconia, ut scribit Strabo lib. 17.

Phycussa, *Phycussa*. Insula Libyæ adjacens: ita dicitur ab algæ copia, quæ præcipue à Græcis appellatur. Autor Stephanus.

Phylax, *Phylax*. Oppidum est Phthiotidis regionis Thessaliæ, cuius meminit & Homerus in Catalogo: *Phylax*. *Phylax*. *Phylax*. In hoc Proteilaus regnavit: unde Phylaxides cognominatus est, & Laodamia ejusdem uxor Phylaxia. Ovid. lib. 3. de Arte: Phylaxides aberat Laodamia taus. Vbi poeta primam præduxit, contra primitivi naturam. Idem de Ponto. Vivit fama conjux Phylaxia, cujus, *Phylax*. *Phylax*. Iovis filius, & pater Megetus viri fortissimi, qui in bello Trojano præfuit Dalichus, & iunadamq; insula-

ram incolis. Vide Homerum in Catalogo navium.

Phyllis, Nomen Lycurgi Thracum regis filia, quæ Demophoonta Thestei filium ex Trojano bello redeunte hospicio, lectoq; excepit accepta prius ab eo fide, ut domi compulsa rebus uxorem ab eo ductû in. Profectus itaq; Demophoon, quum ultra statutum tempus variis districtis negotiis in patria detineretur, Phyllis & amoris impatientia, & dolentis impulsu, quò dâ se speratam esse crederet, laqueo vitam hanc, inde conversa in arborem amygdalum sine foliis fertur. Postea reveritus Demophoon, cognita re, ejus amplexus est truncus: qui (velut sponsi sentiret adventum) folia emisit. Iuxta postea Phylla sunt dicta à Phyllide, quæ ante petals dicebantur. *Phyllis*. *Phyllis*. Amnis Bithynia, teste Stephano: quo Phyllidis, *Phyllis*. *Phyllis*. Phyllisenses q; *Phyllis* dicuntur.

Phyllis, *Phyllis*, sive Phyllis, Antia, *Phyllis*. Stephano, Oppidum Thessaliæ, in tractu Phthiotidis: à quo Apollo Phylæus cognominatus est. Autor Strabo lib. 9.

Physalis, *Physalis*. *Physalis*. Carix oppidum eregione Rhodi insula: cuius meminit Strabo lib. 14. Stephanus aliam eisdem nominis urbem collocat in Locride, quâ dictam vult à Physico Aetoli filio, nepote Amphictionis, pronepote Deucalionis.

P

Pisalia, *Pisalia*. Oppidum Thessaliæ supra Ceretiam montem, Stephanus.

Picenum, *Picenum*. *Picenum*. Vulgò *Marta d' Anca*. *Anconitana*. Ger. Ein Landtschafft in Italia. *Picenum* sit in Italia, ab Apenninibus usq; ad mare Adriaticum extensa, inter Acinum & Leasium fluvios, teste Strabone lib. 5. Hodie ab Ancona celeberrimo emporio *Marta d' Anconitana* appellatur. Vrbes habet præcipuas Pisaurum, Fanum fortunei, Senfium Gallicam, Vibonium, Camerinum, Asculum, Anconam à Syracusanis Dionysii tyrannide sagittibus conditam. Hujus populi Picentes & Piceni appellabatur, diverfè à Picentinis maris Tyrheni accolis.

Picenus, *Picenus*, *Picenus*. ut Ager Picenus, & Oliva picena apud Plin. lib. 15. cap. 5.

Picentes, *Picentes*. *Picentes*. Populi sunt in quinta regione Italiae, ad mare Adriaticum siti, Præstantissimi, à quibus Helvino anme dirimuntur, Plin. lib. 3. ca. 15. Horum regio Picenum appellatur, olim uberrimæ multitudinis: quippe ex quâ CCC. LXX. hominum millia aliquando in fidem populi Romani venisse dicuntur. Dicitur & Picentes, teste Strabone lib. 5. à pici Marti nomine, qui in vellis forum è Sabinis (à quibus originem traxerunt) Asculum commigrantium dicitur infudisse.

Picentini, *Picentini*. Populi sunt ad mare Tyrhenum, Lacanis proximi, inter Surrentinum promontoriû & Sidam imnem incolentes, à Picentibus maris Adriatici accolis originem trahentes. Horum oppida fuerunt Picentia & Surrentum. Vide Strabonem lib. 5. & Plin. lib. 2. cap. 5.

Pictones, *Pictones*. Gallis Aquitanicæ populi, Ptolemeo lib. 2. cap. 7. & Plin. lib. 4. cap. 19. Vulgò *Conce de Pizans*.

Picus rex Latiniæ, Fauni pater, Latini regis avus, auguriorum peritissimus; qui à Circe adamatus quum ejus cubitugium sperneret, mutatus fertur in avem sui nominis: quod idcirco fingi creditur: quoniam primus hac avetibus in auspiciis. Ovid. 13. Metam. Picus in Ausoniis proles Saturnia terra. De hoc vide Servium 7. Aeneid. in hunc Virgili locum: Picus equum domitor: quem capta cupidine conjux Aerea percussit virga, versumq; venenis Fecit autè Circe, spulsiq; coloribus alas.

Pidites, *Pidites*. Vir fuit Percosius ab Virgilio, ut ait Homerus Iliad 7. in bello Trojano interemptus.

Pieria, *Pieria*. Regio in Finibus Macedoniae, inter Axum & Aliacmonè fluvios, quam Macedones pulsis indigenis occuparunt. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. & Strabonem lib. 10. *Hinc* Pierides Musæ, quòd in Pieria ex Iove & Mnemosyne nate sint, ut inquit Strabo: *Hinc* item Pieria Syriae Ammechur urbs celeberrima, alio nomine Seleucia dicta. Autor Plin. lib. 5. capite 21.

Pieris, *Pieris*. *Pieris*. Populi olim Macedoniae finitimi inter Axum, & Aliacmonem amnes, quibus pulsis Macedones loca eorum occuparunt. Horum meminit Plin. lib. 4. cap. 12. & Strabo lib. 10.

Pieris, *Pieris*, *Pieris*. ut Pierium cæmen, Lucertinus lib. 1. Chorus Pierius, Ovidius ad Pisonem. Dies Pieri, quæz impeditum literarû studiis, Scat. 1. Syl. Via Pieria. Ovid. 2. de Pont. Lucida Pieria tendis in astra via.

Pieris, *Pieris*. *Pieris*. Mons Thessaliæ post Pheras, atq; in Macedonia usq; protentus, teste Plin. lib. 4. cap. 8. In hoc monte quidam Musas natas volunt, atq; inde Picidas esse appellatas. *Hinc* & *Pierus*, *Pierus*. Macedo quidam prædux, qui ex Evippe uxore novem suscepit filias, quæ Musas ad certamen cantus provocare ausæ, & ab illis superatæ, in roidem

picas sunt mutata: unde postea Musa earum nomen velut trophæum usurpantes, Pierides sunt cognominatae: quantumvis alia à Pieria, quae est Macedonia regionalis à Piero Thessalica monte, sic dictas valent. Virgilius Aeglog. si vos quae responderit Alphesibaeus Dicite Pierides, non omnia possumus omnes.

Pygmalion, sive potius Pygmalion per y in prima syllaba, *Πυγμαλιών* Suidae, Beli regia Tyri filius fuit, frater Didonis, qui dum ardentissima auti cupiditate flagraret, animū ad Sichæi patruelis sui opes appulit, illumq; spe ponendi auti ante aras, eam & dolo interemittit. Cujus cedis quam certior in formā à marito Dido factā fuisset, sumptis secum viri thesauris in Africam profugit, ubi & Carthaginem condidit. Moris autem erat, inquit Servius, ut de pecunia publica Phoenicea misso à rege auro à peregrinis frumenta coemerent. Dido autem à Pygmalione ad hunc usum paratas naves abstrulit: quum fugientem à fratre missi persequerentur, autum illa præcipitavit in mare: quare vitia, sequentes reversi sunt. Meminit hujus Virgilius Aeneid. sed regina Tyri germanas habebat Pygmalion fecere ante alios immemor omnes. Quos inter medius venit furor, ille Sichæum Impius ante aras, atque auti cæcus amore Clam ferro incourum superat. Fuit & ejusdem nominis clarus artifex Cilicia filius, qui ex eburnea statua Veneris beneficio in puellam transformata Paphum suscepit, Paphi Cypriae urbis conditor em. Quā fabulam vide latius apud Ovid. 13. Metam. & supra in dictione PAPHVS.

Pigres, etis, *Πίγρης*, fluvii nomen est apud Suidam. Fuit item hoc nomen Poeta quidam Car frater Artemisæ Halicarnassi reginae, quae uxor fuit Mausoli. Scripta ejus vide apud eundē.

Pigres præterea Mæonis cujusdam nomē fuit, qui unā cum Madyce fratre, Dario autem fuit Pégonas omnes in Asiam transfeceat. Auctor Herodotus lib. 3.

Pilumnus, Qui piscendi sumenti usum invenit, Iovis (ut putant) filius, & Daunus pater. Servius in lib. 9. Aeneid. Pilumnus (inquit) & Picumnus fratres fuerunt dii. Horū Picumnus stercoarum invenit usum agrorū: unde & Sterquilinus dictus est. Pilumnus verō piscendi sumenti: unde à pastoribus colitur, & ab ipso pilum dictum est. Ad hunc Danaë Acrisii filia foris ad Appuliam litas acta, & à pastore unā cum Perico parvulo delata est, quam ipse cognito genere uxorem duxit, ex qua Daunum filium suscepit. Virgilius lib. 16. Aeneid. Cui Pilumnus avus, cui Danaë Venilia mater, etc.

Pimplia, *Πιμπλία*, Thraciae mons est, Musis sacer, ut scribit Strabo lib. 10. Pieria, inquit, & Olympus, & Pimpla, & Libethron, quondam loca fuerē Thraciae, & montes, quos nunc Macedones possident: quicquid Musis Heliconā cōsecrarunt, Thracēs fuerē, Boeotia incolæ. Hæc Strabo.

Pimplæus, a, um, *Πιμπλαεύς*, Martial. lib. 12: Cujus Pimplæo lyra clarior exit ab antro.

Pimplæides, sive Pimplæx, *Πιμπλαεύς*, Musæ cognominata fuit, sive à Pimpla olim Thracie monte, quem postea Macedones sibi vendicarunt: sive à Pimplæo quodam fonte, ad radicem ejus montis nascente: ubi & Pimplæum antrum nonnulli constituerunt. Martial. lib. 12: Cujus Pimplæo lyra clarior exit ab antro.

Pinaria, *Πινάρια*, Ptolemæo. Civitas est Lyciae mediterranea ad Cragum montem, teste Plin. lib. 5. cap. 27. & sit item Pinaria, insula ante Aetoliam, una Echinadum, teste eodem Plin. libro 4. capite 12.

Pinarius, & Potitius, Arcades duo senes, quibus qualiter colli vellet, ostendit Hercules: scilicet ut manē, & vesperi ei sacrificaretur. Perfecit itaq; matutino sacrificio, quum circa Solis occasum essent facta repetenda, Potitius prior advenit, Pinarius postea exis jam redditis, unde iratus Hercules statuit ut Pinariorum familia tantū ministra esset epulantibus Potitiis, & comp'etibus sacra Vnde & Pinarii dicti sunt, *Πινάριος* id est, à fame. Nam senem illum Pinarium cōstat alio nomine nudcupatum. Hæc Servius, explicans illud Virgilius Aeneid. 3. primusq; Potitius autor, Et domus Herculei custos Pinaria sacri. De his Fenestella.

Pinarius, *Πινάριος*, Fluvius est Cilicie in sinum Ilicum influens, teste Plin. lib. 5. cap. 27.

Pindarus, pen. cor. *Πίνδαρος*, Poeta fuit Thebanus, Lyricorū apud Græcos princeps. Floruit temporibus Aeschylus Poetae, & Persarum expeditionis in Græciam. Scripsit lingua Dorica, Olympica, Pythia, Nemæica, Ithmia quæ extant. Altissimus fertur & verborum & sententiarum copia (ut ait Quintilianus) gravitateque arduus, constructioneque ac ordine immensus ac prolixus. Quem etiam inimitabilem Horat. scribit 4. Car. Ode 1. Duas suscepit filias: à patre tibiam primū, mox ab Hermione lyram edoctus est. Ejus gratia Lacedæmonii in reliquam Boeotiam severtentes, Thebis pepercerunt. Ita & Alexander quū Thebas exeret, & in omnes severtet sine discrimine, Pindari vultu penatibus, familiarēq; parci iussit. Expirasse

fecit in gremio pueri adamari, Valerio teste. Vide Quint. lib. 10. Insuper Orat. & Pindarus alter, Ephesiorum tyrannus, qui capta Epheso, postea à Cræso avunculo suo iussus discedere, fecisset in Peloponnesum cum parte bonorum, dimisso domi præside amico. Auctor Aelianus de varia historia.

Pindarus, *Πίνδαρος*, Mons Afiæ in quo Cæus fluvius nascitur, qui Peganum prætesit. Auctor Plin. lib. 5. cap. 30.

Pindus, *Πίνδος*, Mons Perthoborum inter Acarnaniā & Thessaliam: cujus meminit Plinius in præfatione lib. 4.

Pindus, *Πίνδος*, Lapitharum sedes, mons Thessaliae, Apollini, Musiq; sacer, Acarnaniam ab Aetolia dividēs, ut inquit Solinus. In eo invenitur lapis galactites. Est & nomen urbis Thessalicae, à Pindo monte appellata, juxta quam est fluvius ejusdem nominis. Auctor Strabo lib. 9.

Pinnæ, *Πινναί*, Oppidum est Velinorū, qui sunt populi in quarta regione Italiae, Prægutis ad Ortū finitimi, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Pinnensium meminit & Plin. lib. 3. cap. 12.

Pintia, *Πινθία*, Oppidum Gallæcorum Lucenlium in tractu Tarraconensis Hispania, apud Procl. lib. 2. cap. 6. Hodie (ut putant) Vallælorum dicitur, vulgò Vallabulid. Pintia verò per th aspiratum, Sicilia oppidū est à quo Pinthientes populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 3.

Pinyrus, *Πίνυρος*, Nobilis Grammaticus, Romæ floruit unā cum Epaphrodito liberto Neronis. Paulanias.

Pion, *Πίων*, Mons est Ionice, apud Plin. lib. 5. cap. 29.

Pionia, *Πιονία*, Oppidum est Teutraciae, quæ est regio Afiæ, ad Caicum amarem, olim Myfiæ pars. Hujus incolæ dicuntur Pionitæ: quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

Piræus, *Πιραιεύς*, dicitur trisyllaba, ea diphthongum habens in ultima (*Πιραιεύς*: Vulgò Porto Leone. Ger. Ein Leonhafen es Schiffhäfen in Athenen; hactenot Porto Leone.) Portus est Athenarū, quadrangularem capax navium, muro duotū milliū passuum ubi conjunctus. Stat. 12. Theb. trepidis stabilem Piræa nauis. Cic. ad Att. lib. 7. Venio ad Piræam quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus Piræa scripserim, nō Piræum. Dicitur & Piræus, *Πιραιεύς* Stephans. Terent. Andr. Heli aliquot adolescentuli, convenimus in Piræum. Ovid. 4. Fast. Piræa, otum pluraliter protulit, quum ait: Sanion expositionem, Piræaq; tota recessu Linquit.

Pirene, es, per i, Latinum in prima syllaba, & penultim. producta, *Πιρηνία* Straboni & Suidæ, Fons est ad radicem Acrococinthi, non copiosus ille quidem, sed tamen perspicuas, potuque suavissimas habens aquas, teste Strab. lib. 8. Plaut. Aul. Inter bibere sola, si vis o scateat, Corinthiensem fontē Pirenen potest. Stat. lib. 1. Syl. licet Enthea vati Excludat Pimplæa sum, nec conscia detur Pirene: largos potius mihi gurgēs inhaustus, Qui rapitur de fonte uso. Pyrene autem per y mons est Hispanias à Gallis dimens: de quo vide infra suo loco.

Prithoius, pen. cor. *Πριθόιος*, Ixionis filius fuit, non ex Nube, quemadmodum Centauri, sed ex legitima uxore. Hic certissimo amicitia legere Theico conjunctus fuisse fertur: cujus ope Centauros qui sibi Hippodamē sponfam præcipere conabantur, superavit. Mortua aut Hippodame, ita illi cum Theico cōvenit, ut uxorem, nisi ex Iove natam, nullā ducerent. Et quū jam Theus Helenam Iovis & Ledæ filiam rapuisset, nec alia eo temporis nosceretur quæ Iovis esset, præter Proserpinam Plutonis conjugem, ad rapiendam illam simul profecti sunt ad inferos. Verum Prithoius primo impetu à Cebero interfecit, quem Theus adjuvare volens, ipse quoque magnum vitæ discrimen adit, atque ad extremum caput, à Dite detentus est: sed postea ab Hercule liberatus, superisque restitutus. Ovidius: Et cum Prithoo foelix concordia Theus, etc. Horat. lib. 3. Carm. Amatorē trecentē Prithoum cohibent catenæ.

Piros, *Πίρος*, Imbrasi filius, & Thracum princeps, profectus ad bellum Trojanum, à Tho ante Aetolorum regē interficitur, ut scribit Hom. lib. 4. Iliad.

Pisa, *Πίζα*, Civitas est in Elide Peloponnesi regione, juxta Alpheum fluvium, citra quam quinto quoq; anno celebrabantur certamina Iovi sacra, quæ Olympia dicebantur. Ex hac urbe ortum traxerunt qui Pisas in Thuscia condiderunt.

Pisæus, a, um, Ovid. 2. de Arte: Ah quàm penē Pelops Pisæo cōcidit axe, Dum spectat vultus Hippodamia tuos. Sunt qui & in Thessalia aliam ejusdem nominis urbem collocent, edito in colle, inter Ollam, & Olympum. Vide Strab. lib. 8.

Pisæarum, *Πισαίων*, Vulgò Pisa, Thusciae oppidum, inter Arnum, & Auferem amnes, à Pisæis conditum Elidis populis, teste Strab. libro 5. qui Nestorem ad Ilium secuti in reditu tempestate disjecti, alii quidē Metapontum, alii littus Tyrrhenum tenuerunt, ubi à nomine reliæ patriæ Pisas condiderunt. Ad quam originem etiam alludit Virgilius. 10. Aeneidos: Pisas Alpheas cognominant: Alpheæ (*inquit*) ab origine Pisæ Urbis Hettusca solo.

Pisander, *Πισανδρος*, Camireus (Camirus autem civitas est Rhodi

Rhodi (Eumolpi tempore, Poera (ut nonnulla placet) anti- quior Hesiodo, & Pisander alter Lyconius, sub Alexandro Mantea verficator: scripsit variam historiam. & Pisander tertius, Nestoris filius, Auctor Suidas.

Pisaon, in Pelagonia est gentile Piseus, Steph. Pisauris, Fluvius Umbriae, a quo vicinum oppi- dum Pisaurum appellatum est, Plinius libro 3. capite 14. Ser- vius existimat Pisaurum dictum, quod aurum ab iis qui Romae in Capitolio obfessi erant, persolurum, ibi a Camil- lo receptum fuerit & appensum. Quod tamen erratum, se- dum & puerile est. Nam ex Romana historia constat aurum illud quum appenderetur, interventu Camilli in ipsa urbe fuisse receptum, Galli, praeter eos qui fuga dilabebantur, ad internecionem caesi.

Pisenor, Centaurus, Ixionis & Nubis filius, apud O- vidium 12. Metam. Piseus, Nomen viri Tyrheni, qui tubae inventor fuisse creditur. Auctor Plin. lib. 7. cap. 36.

Pisidia, in Asia regio, Licaonia, Isauria, & Pamphylia finitima, cujus oppida enumerantur, Selgia, Sagalassum, Per- nelsum, Adadara, Bryas, Cremna, & alia nonnulla. Hujus re- gionis populi, Pisidae, appellatur, antea Solymi dicti, Plin. lib. 20. cap. 27. Prima & secunda dictionis hujus syllabae corripuntur. Claud. lib. 2. in Eutrop. Finibus obliquis Ly- di, Pisidaeque feroces. Priscianus tamen in Perihesei (modò e- mendata sit lectio) utraque produxit, quum ait Post hos Pi- sidum pinguisima terra coluntur.

Pisistratus, Hippocratis filius, Athenarum tyrannus, clarus genere: eloquentia vero tanta, ut ea delinisi Athe- nenses libertate qua nihil charius habebant, se sponte exue- rent, illiusque facundiae sanctitatem Solonis, qui lumen fuerat civitatis, posthaberet. Artes liberales maxime fovit, biblio- thecam prius Athenis publicavit, quam Xerxes urbe potius, ad Persas transtulit. Eam deinde multis post annis Seleu- cus Nicanor restituendam curavit. Homerus est ejus iussu in eum ordinem, qui nunc est, redactus. Regnavit annos triginta tres, quo tempore Servius Tullius Romae, ut auctor est Gel- lius, Plura de hoc, & quibus artibus tyrannidem adeptus sit, vide apud Iustinum lib. 1. & eodem libro apud Herod. & Pi- stratus alter, Lausianus historicus commemoratur a Suida. & Pistriatus alius, filius fuit Nestoris & Eurydice, quem pa- ter dedit in foecum Telemacho, Ulyssis filio volenti ire Lacedaemoneem, interrogaturus Menelaum nunquid de Ulyssis ali- quid sciret.

Pisones, a gente Calphurnia in primis Romae nobilitate appellati, quod optimè pisa fererent, quum admodum Le- tulii a lente, Fabii a fabis, Cicero a cicere optimè serendo nomen acceperunt: Gentem autem Calphurniam Peltus ait, ad Calphurnium Numae filium originè referre. Vide Horat. in Arte Poetica, Pisones Pompilium sanguinem appellavit.

Pistorium, in Italia Prolemæo, Civitas mediterranea Tusciae inter Florentiam & Lucam: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgo Pistina.

Pistris, hujus Pistris, foemini generis, Nomen navis apud Virg. lib. 5. Aen. partem rostris premit amula Pistris. Et paul- lo post: Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat ultima Pistris Aequo- ra. Sunt qui scribant Pistris, quos Servius errare putat: Si navis, inquit, intelligas, haec Pistris, hujus Pistris, facili de bellua, haec pistris, pistrice. Haec Servius in illud Virg. 5. Aen. Prima homi- nis facies, & pulchro pectore virgo Pube tenus, postrema im- manis corpore pistris. Quae tamen omnino vera non arbitror, Germanicus certe in Arar pro sidere caelesti (quod proculdu- bid a bellua marina nomen habet) Pistrin dixit: Diversè posi- ta & Boreae vicina legenti. Auster Pistris agit duo sidera, per- legit unum: Nanque Arca sopra Pistris, Pisceusque feruntur, Bellua sed Ponti non multum praeterit amnem. Non desunt tamen qui in omnibus hisce locis Pistrin legere malint, nimirum ad- duntque ad id quod hoc est, a secunda fluctibus.

Pitane, sive Pitana, in Asia, Vitis Aeolis in Asia non procul a Caici fluminis ostio: quae portus duos habuit. Ab hac Pita- nae, Pitanae, & Pitanae, nominantur. In hac urbe Arcesilaus Academicus natus est, qui cum Zenone apud Po- lemonem Philosophiae operam dedit. Plin. lib. 35. cap. 14. au- tor est, circa Pitanae lateres fieri solitos, qui siccati in aqua non mergebantur, eò quod fierent ex terra quaedam pumico- sa. Corripit autem hoc nomen penultimam syllabam. Ovid. lib. 7. Metam. Aeoliam Pitanae a lava parte reliquit. Est & Pitane, Laconiae oppidum, teste Plin. lib. 4. cap. 5: cujus in- colae Pitanae dicuntur, teste Hermolao in locum Plinii jam citatum.

Pitheculi, vel Pitheculae, in Sicilia, in Stephano, Insula est Campano littori adiacens, non procul a Neapoli, ab Ho- mero Ioniae dicta: a Latinis etiam Aenaria, a statione na- vium Aeneae. Dicta Pithecula, non a simiarum copia, ut Poetae

fabulantur, sed a sigillis doliariorum, teste Plin. lib. 3. cap. 8. unde enim Graeci dolia vocant. Habet autem haec insula in ver- tice oppidum ejusdem nominis. Ovid. 14. Metam. Haecque locatas Colle Pitheculas.

Pitheus, vide PITHEVS, gemino t.

Pitho, us. [Pitho. Ger. Die Göttin der betäubung.] Persuasio- nis dea a veteribus creditur, quae Ennius Suada, Horatius Suae- delam appellavit. & Accipitur & pro persuadendi vi, quae ani- mū auditoris quocunq; visum suerit, infestis, unde & Graeci οὐρανοῦ, non infestum appellat. Pitho autem dicta est à verbo Graeco πῖθω, quod est persuadere.

Pithodemiis, penult. prod. Pithodemiis. Lacedaemone regis, cu- jus imaginem Dinomenes ex arte expressit, ut tradit Plin. lib. 34. cap. 2.

Pithodiciis, Argenti caelator insignis fuit, teste Pi- nio lib. 34. cap. 2.

Pithonios Come, in Asia, Locus est in Asia, in campis patens, ubi primò adveus sui tempore ciconiae congregantur, & eam quae ultima advenit, laniant universae, atque ita abeunt. Plin. lib. 10. cap. 23.

Pittacus, pen. corr. Pittacus, Philosophus Myrtenas, unus ex septem Graeciae sapientibus, qui ex Leibo tyrannum Me- lanchram depulit: & certantibus Atheniensibus atque Myr- tenas dux in bello factus Phryaonem Atheniensium ducem singulari certamine interfecit. Hujus illud: Providere oportet ne casus veniant: nisi forte venerit, quomodo animo tolerare. & Fuit alter Pittacus legislator (ut Favorinus & Demetrius in homo- nymis meminerit) qui minor est appellatus. Aelianus de varia historia, Pittacum quendam commemoat qui de mola purni- na encomium conscripsit, ut in parvo argumento vim dictan- di ostentaret. Idem de sapiente dicit, cum in templo Fortu- nae scalas constitisset, ut quandam iis humanae vitae imagi- nem exprimeret, in qua alii ad summa honorum fastigia con- scendunt: alii ex amplissima dignitate in summas descendunt calamitates.

Pittheus, Theci avus maternus, qui Troezenere- gnavit: de quo vide Plurarchum in vita Theci. & Hinc Pit- theus, patronymicum steminum, & Pittheus, a, um, adjectivum. Ovid. in Epist. Hic te cum Troezena colat, Pitthea regna.

Pityusa, Insulae duae sunt in mari Balearico, à piteo- rum fructuum ubertate dictae, teste Plin. lib. 1. cap. 5. Ex his quae major est, Ptolemæo Ebusus: quae minor, Ophiusa: haec est, Colubraria appellatur. Plinius tamen utraq; Ebulum videtur appellare: & Ophiusam, insulam ab hinc diversam facit. & Est item Pityusa, insula è regione Ionie sita, quae nomine Chios appellatur, teste Plin. lib. 3. cap. 37. & Est & alio- jusdem nominis insula in sinu Argolico, ex adverso Hermio- nis agri: teste eodem Plin. lib. 4. cap. 12.

Piacentia, in Italia, Prolemæo. Germ. Piacentia. In de- ter Landtschafft Liguria Italia. Civitas Gallicae Togatae ad Tre- biam amnem, in Padum influentem.

Piacentiana, possessivum. T. Tina Piacentina, apud Cic. de Clar. Orat.

Placia, in Stephano Myrsae oppidum à tergo habens O-lympium montem, qui Myrsae cognominatur, Plinius libro 3. cap. ult.

Planaria, Insula est maris Ligustici, sexaginta passuum mil- libus distant à Corsica, à specie sic dicta, quod aequalis fieto existit: ideoque navigia fallax. Plin. lib. 5. cap. 6.

Planasia, Insula est mari Tyrhenico, non longe ab illa, ut auctor est Ptolemæus libro 3. capite 1. & Plinius libro 3. cap. 6.

Platamodes, Peloponnesi oppidum in vada Occidentali centum stadiis distans à Coryphaeo promon- torio, teste Strabone lib. 8. Distans videtur à fossis maris propinquis, aquam salinam recipientibus, quae Graeci vocant ὑαλινὰς.

Platanistius, Promontorium est Peloponnesi, ad procul à Leprio: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

Plateae, a, um, per e diphthongum in penultima. Stephano, Civitas est Boeotiae, sub Cithaerone monte non longe à Thebis: Dicta à latitudine remorum, ut inquit Strabo libro 9. Nam ὑαλινὰς, Graecis est latior pars remi. Plateenses autem remigazione victum quaerantur. Non procul ab hac urbe Paulonias & Aristides Mardonium Xerxis ducem & confu- brinum superavere. Hinc Plateenses, populi dicti.

Pitaco, Philosophus, ab humorum latitudine ita cognominatus, quum antea ex avi patris nomine Acto- cles vocaretur. Fuit egregio corporis habitus, & in palestra se exercuit apud Aristonem palaestritum, à quo primus cogno- minatus est Pharo. Natus est Athenis eo die quo apud Delos Apollo, Studuit picturae: & tragediae, poëmatumque edidit.